

in terram et mortua multum fructum allatura sunt¹⁸, et multo plures eis in conversione hostium recipietis. ^{<37>}Nam quia tempus trine bonitatis Dei prevalebit in mundo, de tribus generibus hostium¹⁹, hoc est de Iudeis, de hereticis, de paganis, convertentur ad vos. ^{<38>}Ego quoque, que credor ab infidelibus peccatrix fuisse, per hoc, quod nec parvum nec magnum non^o permittam cadere inter vos, ostendam me nec magnum nec parvum habuisse peccatum, quod fuerit proprium. ^{<39>}Et per hoc, quod me presidente alios occidetis, aliorum terram intrabitis, demonstrabo, quod occiso vel deleto in me originali peccato²⁰ terram carnis mee per gratiam alterata intravi. ^{<40>}Non enim fuerunt in me infirmitas, ignorantia, malivolentia, tres radices peccandi, vel aliquis languor nature²¹, sed fortitudo, sapientia, bonitas, hec privilegia, sicut decuit eum, qui nasciturus fuit ex me, in me exsistebant^p. ^{<41>}Et sicut illi, qui privilegiati erunt in eo, quod credent solo ductu proprie considerationis, sine predicatoribus, sine miraculis, preter premium, vestrum scilicet triumphum, sic^q et ego preter originale peccatum privilegiata fui in aliis, et ego exstiti in predictis. ^{<42>}Sic igitur faciam, quod meum est – si tamen prius feceritis, quod vestrum est.“

^{<43>}Hec domina nostra. ^{<44>}Significatum est etiam mihi, quod supplicationes, que fiunt in ordine Cisterciensi^r Spiritui sancto et beate Virgini, exaudite monstrabuntur predicto anno, quia Spiritus sanctus, qui^s proprie intelligitur bonitas Dei, faciet bonos – et plures solito – in ordine illo et beata Virgo meritis et intercessionibus suis plures castos. ^{<45>}Hoc autem fiet primum in ordine generaliter, postea in Anglia specialiter. ^{<46>}Eodem anno monstrabuntur exaudite oraciones, quas faciunt fratres eiusdem ordinis pro apostolico.

o) Die Wörter nec magnum non sind über der Zeile ergänzt. Vielleicht ist non vor permittam als Schreiberfehler zu athetieren. p) Die Wörter in me exsistebant am Rand ergänzt. q) Konj. Haye; sicut Hs. r) Glosse am Rand: Preces monachorum ordinis Cisterciensis. s) Konj. Haye; quia Hs.

18) Vgl. Lev. 19.10: Neque in vinea tua racemos et grana decidentia congregabis. Petrus Damiani, *serm.* 37 (ed. MIGNE PL 144, Sp. 701C): Hic est profecto ager ille dominicus, in quo grana tritici moritura quidem decidunt, sed multiplicatis postmodum frugibus rediviva nascuntur. Zu denken ist wohl auch an Job. 12.24–25: Amen amen dico vobis. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.

19) Vgl. Hugo von St. Viktor (?), *Misc.* 23, *De tribus hostibus* (ed. MIGNE PL 177, Sp. 647A): [...] a tribus generibus hostium [...].

20) Vgl. Gregor d. Gr., *Mor.* 15,51 [31]: Deleto autem originali peccato [...].

21) Vgl. *Decretum Gratiani*, C.25 q.1 c.2: Est enim languor naturae, qui carnis concupiscentia appellatur, quae verius animae infirmitas dici potest.